

senſum Domini, aut quis conſiliarius ejus fuit? &c. Sap. 9. 13. Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei? &c. Ephes. 6. 13. Accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo &c. Sap. 5. 18. 19. Accipiet armaturam Zelus illius &c. Hebr. 1. 3. Qui cum ſit ſplendor gloria, & figura ſubſtantia ejus. &c. Sap. 7. 26. Candor enim lucis æterna, & ſpeculum ſine macula Dei Majeſtatis, & imago bonitatis illius. m Vide Lorinum Praſat. in hunc Librum, Corn. a Lap. P. Alexan. in V. T. n Sap. 14. 13. O Sap. 5. 1. 2. 18. & 6. 6. 7. p Sap. 2. 12. 14. &c.

& Tridentinum ſeſſ. 4. in quorum canone Divinarum Scripturarum ſuus eſt Libro Sapientia locus. Inter Veteres PP. nemo ſermē hunc illaudatum præterit; quorum alii genuinum Salomonis Opus, alii Prophetæ cujuſdam, omnes tamen Sacri Authoris cenſuerunt. Poſſe etiam hic revocari argumentum à præſcriptione deductum; neque enim fas eſt adverſarios accuſantes contra receptam tot ſæculorum poſſeſſionem admittere. Offendant illi contra noſtrum juſ monumenta, ſi quæ habent; ſi arguant, & reſutant tot Concilia, tot Authores Eccleſiaſticos ſapientiſſimos eque ac doctiſſimos, noſtram perſuaſionem tuentes. Contra illos prius quàm contra nos cauſa augenda eſt.

Prophetica etiam oracula in hoc Opere expreſſa, & à Patribus agnita, authoritatibus ipſius monumentum ſunt apertiſſimum. Eorum loco haberi poſſunt ea, quæ de futuro Idololatriæ excidio (n), de Judicio Dei in impios (o) ibidem leguntur. Quod tamen maximè Doctores, ac Veteres etiam Patres detinuit, oraculum eſſe de ſupplicio Juſti (p), adeo expreſſum, ut ipſam penè Dominicam paſſionem oculis ſubjicere videatur; quod ſanè adeo apertum futuri oraculum Grotio viſum eſt, ut adjectum

ab aliquo Chriſtiano poſt obitum Servatoris locum crediderit. Vix eſt tamen, ut ejus Authoris ſuſpicio aliquid apud Lectores valeret, cum totius Libri contextui Oraculum illud ſummè cohæreat. Sanè aliter Patribus creditum eſt [q], teſtimonium illud, vel oraculum in Jeſu Chriſto impletum Judæis & Paganis obſcientibus.

Neque Rabbiniſ Opus illud penè rejicitur. Ex eo teſtimonium in Praſatione in Pentateuchum à Moſe filio Nachman laudatum ſupra adduximus; & Joannes Picus Mirandulanus (r) perhibet, apud Judæos legi conſueviſſe Librum Sapientia Hebraicum, Opus, ut illi quidem autumant, è medulla Legis Moſaicæ à Salomone deductum; ſed illud ſatis à noſtro differt. S. Iſidorus Offic. l. 1. c. 12. Sixtus Senenſis Bibl. l. 8. her. 9. Chriſtophorus à Caſtro, Conſalvus Cervantes, Joannes Lorinus in ſuis Praſationibus ad hunc Librum contendunt, ſcriptum prius in Hebræo Librum, deinde à Septuaginta Græcè linguæ traditum fuiſſe. Sed horum opinio longius, quàm par eſt, excurrit. Hebræi Opus illud legunt è Græco in Hebraicum tranſlatum; & bonâ fide agnoſcunt, nunquam in Canone Hebraico receptum Opus fuiſſe.

q Tertull. contra Marcion. l. 3. Clem. Alex. Strom. l. 5. Laſt. lib. 4. cap. 16. Cypr. de Sion, & Sina. Ambroſ. l. 2. Offic. c. 6. & 7. Author Oper. imperf. in Matth. hom. 43. Cyril. in Iſai. 59. Aug. de Civ. Dei l. 17. cap. 20. & l. 12. contra Fauſt. c. 44. r Praſat. in Heptapla apud Cornel. hic.

DISSERTATIO

DE AUTHORE LIBRI SAPIENTIAE.

SI tota hujus rei controverſia inter Catholicos Authores de authoritate Libri nihil ambigentes verteret, non eſſet planè cur operoſiorem ea de re Diſſertationem inſtitueremus, quàm quæ à nobis antea, de authoritate plurimum Sacrorum Librorum ab Eccleſiâ eque ac ab Heterodoxis probatorum; quanquam aliqui Scriptorem habeant dubium, & incognitum. Semel ac enim de ſcripto, Spiritu Sancto Authore, Libro inter partes convenit, non eſt cur negotium fieri debeat de certo determinando organo & inſtrumento, quo Deus uſus eſt. Verùm illam agitamus quaſtionem, in qua plures de Scriptore Operis in ſe potiſſimum diſputationem idè ſuſcipiunt, ut ejus authoritatem oppugnent, & obſcuro Authoris patrocinium aſſumant, quò apocryphi notam Libro inurant. Horum auſu ut occurramus, Diſſertatione hac ſuſcipimus demonſtrandum, Librum Sapientia, quamquam ignoto Authore ſcriptum, ſnam tamen obtinere inter cæteros Sacra Scripturæ authoritatem.

Pluribus Catholicis Scriptoribus non alium hujus Authorem quaerendum viſum eſt, quàm Salomonem, à quo, inquiunt, Hebraicè ſcriptum Opus, à Septuaginta unâ

cum cæteris ejus Authoris, Græcè redditum eſt (a). Sub ejus nomine frequenter à Veteribus PP. laudatur (b); neque alium ſermē præſertit titulum in Exemplaribus Græcis. Non aliam ſanè perſonam, quàm Salomonis, ſuſtinet ubique Author, ut apertius ſe prodât in hoc Opere Salomon, quàm in aliis quibuſcumque Libris (c). Conſtat etiam inter omnes, indignum non eſſe Opus viro ſapientiſſimo, atque eruditionis gloriâ inſigni; neque à Salomonis abludere ejus axiomata, & ſententias. Si Græcum tantummodò Libri Exemplar maneat, non ſtatim inferendum eſt, inquit hujus ſententiæ patroni, nunquam Hebraicè ſcriptum Librum fuiſſe. Quot enim ſuperſunt hodie Libri in alium ſermonem tranſlati, quorum textus originalis periit? Quot inſuper Libri certo cuidam Authori ſine controverſia deputati, obſcuriores exhibent genuini operis characteres, quàm qui hunc Librum Salomonis eſſe demonſtrant? Hæc ſpecioſiora ſunt pro hac ſententia argumenta.

Quibus reponimus, vix fieri potuiſſe, ut genuinus Salomonis Liber, & ex Hebræo à Septuaginta in Græcum tranſlatus adeo Judæos latuerit, ut nullum haberet in eorum canone locum. Quis autem ſe diſſe

a Sixtus Senenſ. Bibl. l. 8. her. 9. Chriſtoph. à Caſtro hic, Conſalvus Cervantes Praſat. in Lib. Salom. Roger. l. de lib. canon. c. 24. Salmer. l. 1. Prolog. 8. b Tertull. de Praſcript. c. 7. Cypr. de teſtim. l. 3. c. 15. 52. 58. Ambroſ. de Parad. c. 7. Hilar. in Pl. 127. Clem. Alex. Strom. l. 6. Origen. de Princip. l. 1. Athan. in Synop. Baſil. l. 5. contra Eunom. c. penultimo. Vide Cornel. à Lapid. & Lorin. hic. c Sap. 7. 1. & 9. 7. &c.

d Epistol. ad Paul. seu prolog. galeat. Apud Hebraeos nusquam extat, & ipse stilus Græcam eloquentiam redolet.

diſſe Exemplar illud Hebraicum nunquam jaſtavit? Ne verbum quidem eâ de re apud Interpretem. Latuit in ea lingua Joſephum, Philonem, S. Hieronymum (d). Facile igitur nunquam ſcriptum fuiſſe perſuademur; maximè cum phraſes, ſtilus, & cætera omnia nihil Hebraicum, Græcum verò plurimum ſapiant. Teſtimonia Scripturæ à Septuaginta laudantur, ſicut & loca quædam excerpta è Libris diu poſt Salomonem ſcriptis. Nonniſi autem temerè accuſarentur Judæi in odium Chriſtianorum hujus Libri authoritatem, & oracula in obitu Jeſu Chriſti impleta obtrudentium; Textum originale ſuppreſſiſſe. Res eſt enim hæc ardua, atque vix perſuadenda, cujuſ hypotheſis ſextientes everſa, vix ampliùs ſuſtineretur. Fac voluiſſe Judæos, an ne potuiſſent? fac potuiſſe, quid profeciſſent, relictâ Græcæ ejusdem Operis Verſione unâ cum aliis pluribus Scriptis, quibus non minùs luculenter Religionis noſtræ veritas adſtruitur?

Patrum authoritas unici eſt quidem momenti ad veritatem fidei, & authoritatem Textus aſſerendam; quin & in ea re maximè deſertur uniformi, & conſtanti illorum aſſenſui; cum verò de aliqua criticâ veritate res eſt, maximè ſi in ſententias abeant planè diverſas, non eſt cur de eorum authoritate fieri debeat præjudicium. In hac quaſtione Veteres neque ſatis conſtantes, nec uniformes loquuntur; aliqui enim abjudicant à Salomone opus (e); alii ambigunt; nemo ſatis conſtanter rem aſſerit. Laudant illi quidem pro recepto in Eccleſiam more Librum Sapientia Salomonis, quo generali nomine non unum hunc Librum intelligunt, ſed & Proverbia, & Eccleſiaſtem, ac tandem Eccleſiaſticum (f).

e Hieronym. in prolog. Galeat. f Aug. de Civ. Dei. l. 17. cap. 20. Alii duo, quorum unus Sapientia, alter Eccleſiaſticus dicitur, propter eloqui nonnullam ſimilitudinem, ut Salomonis dicantur, obſtinuit conſuetudo, non autem eſſe ipſum, non dubitant Doctores. g In Prolog. Galeat. Alius Pſeudepigraphos, hoc eſt, falſo inſcriptus, qui Sapientia Salomonis inſcribitur. h Canſer. Sap. 3. 14. cum Iſa. 56. 4. & Sap. 9. 13. cum Iſa. 40. 13. & Sap. 13. 11. & 14. 8. cum Jerem. 10. 3. 4. 5. & Bar. 6. 3. &c. i Vide Tertull. de coron. Militis cap. 9.

tiâ Salomonis, non indignum; quin & parenti ſærum tribuimus longè illuſtriori & ſapientiori, nempe Spiritui Sancto, Authorem Operis aſſanti, quemadmodum & Salomoni ſcribenti præſto fuit. Prætereundum hic cenſeo, quod eſt alibi animadvertendum, de phraſibus Paganicis, quibus Opus aſpergitur, ut de Rege Adis, vel Plutone, de ambroſia &c. quæ porro fabellæ Salomone recentiores videntur; quemadmodum & eandem recentiore ætatem ſapiunt, quæ de roſeis corollis leguntur cap. 2. 8. (i).

S. Auguſtini ea fuit ſententia, ut Author ſcripti Operis idem haberetur ac Eccleſiaſticus, nempe Jeſus filius Sirach (k); breviter tamen errorem ſenſit, cujuſ palinodiam recinens in l. 2. Retract. cap. 14. fatetur quidem multò probabilius eſſe, alium à Jeſu filio Sirach Authorem habuiſſe Librum Sapientia; nil tamen eâ de re ulterius addit. Sed extra controverſiam ponit idem Auguſtinus, hunc Librum, ſicut & Eccleſiaſticum, Authorem habuiſſe Divino Spiritu aſſatum (l). Quoniam in authoritatem recipi meruerunt, inter Prophetas numerandi ſunt. Alibi verò ſcribit, veteres Eccleſiaſticos Authores, temporibus Apoſtolicis proximos, authoritate hujus Libri uſos fuiſſe, veluti divinitus ſcripti Operis; quare, inquit, probandum omnino eſt Liber, & à Canone Scriptorum Sacrorum non expungendus (m).

S. Hieronymus in Prol. Galeat. tradit: Nonnulli Scriptorum Veterum hunc eſſe Philonis Judæi aſſerunt. In hac ſententia fuerunt Authores poſt ipſum plures. Sed hanc aliqui veluti pernicioſam opinionem, authoritatem Divini Operis evertentem, rejecerunt; quippè quæ Authorem Libri habeat Judæum nullo Dei Spiritu inter ſcribendum aſſatum (n); alii verò eam prorsus amplexi ſunt (o); quanquam ſanior illorum pars hunc Philonem, de quo S. Hieronymus, vetuſtiorẽ fuiſſe ſuſpicatur altero Judæo Philone, ſcriptis Lucubrationibus notiffimo (p). Plures enim cognomines viros diſtingunt; primum Ptolemæo Philadelpho coævum, & è numero, uti quidam ſerunt, Septuaginta Interpretum; alterum, quem Biblium Joſephus & Eufebius appellant; tertium tandem, qui ſub Philonis Judæi nomine celebratur; quartus Philo Author Libri de Anima, de quo in Libro Juſtaſim, ſub ſecundo Templo florebat.

De primo Philone cum nulla in antiquitate ſit mentio, nihil eſt cure ejus ætas ad Philadelphum & Septuaginta Interpretes ſtatuantur; facile nec eo tempore, nec alio quocumque in vivis egit. Alter Philo è Biblio oriundus, religione erat Paganus, ac vertendæ è Phœnicio in Græcum Hiſtoriæ Phœnicie operam impendit (q). Apud Joſephum eodem in cenſu habetur (*) ac Demetrius, & Eupolemus; ambo verò cum à Sacris Hebræis alieni fuiſſent, neque ſatis noſſe eorum Libros, neque Populi hiſtoriam calluiſſe poterant. Porro talis Vir ſcribendo Operi ſacro & prophetico

qui recentiores illas autumat Iſaia, & captivitate Babylonicâ. k De doct. Chriſt. l. 2. c. 8. Illi duo Libri, primus qui Sapientia, alius qui Eccleſiaſticus inſcribitur, de quadam ſimilitudine Salomonis eſſe dicuntur; nam Jeſus filius Sirach eos ſcripſiſſe conſtanſiſſime perhibetur. l De Doct. Chriſt. l. 20. c. 6. m Id. de præd. cap. 14. Quem ſibi antepoſuerunt etiam temporibus proximis Apoſtolorum egregii Tractatores, qui eum teſtem adhibere niſi Divinum teſtimonium crediderunt. n Jacobus Faber Vien. ep. apud Lorin. hic præf. cap. 2. o Ita Lyr. hic Galeat. de arc. can. Catb. Fidei l. 1. c. 4. viros l. 17. c. 20. in Auguſt. de Civit. & alii quidam. p Ita Dried. de Eccleſ. dogm. l. 1. c. 4. Michael Medina de recta in Deum fide l. 6. c. 12. Genebr. ad ann. 3860. Pamel. in notis ad S. Cyprian. de Mortal. n. 43. Caniſ. de locis l. 1. c. 11. & alii paſſim. q Eufeb. Præpar. l. 1. c. 6. * Lib. 1. contr. App. ſtico

r. Euseb. Hist.
l. 2. c. 17.
Hieron. de
Script. Eccles.
cap. 11.

s. Cod. 105.

tico impar erat prorsus. Superest ergo Philo Judæus Alexandrinus, primo Ecclesiæ sæculo in vivis agens, qui pro Judæis Alexandrinis ad Imperatorem Caligulam legatione functus est anno Æræ 40. Plura in prima ætatis juvenia Opera scripsit, sed deinde rebus Gentis suæ gerendis occupatus, operam non sanè inutilem illis impendit. Eusebio & S. Hieronymo authoribus (r), Vir ille cum secundâ legatione ad Claudium Imperatorem fungere, necessitudinis vinculum cum S. Petro conciliavit. Quin, si fides sit Photio, Christianis mysteriis initiari se passus est; quanquam postea gravius fortè habitus Religionem deferuit. De hoc viro tanquam sui temporis amplissimo agit Josephus l. 8. cap. 10. ejusque Opera perspicuitate & candore filii maximè laudantur. Allegoricam methodum in interpretatione Scripturarum affectat, quam deinde Veteres PP. Ecclesiæ imitatos fuisse, cum Libros Sacros allegoricâ ratione exponerent, Photius animadvertit (r). Sed quæ de Religione Christiana Philonis, sicut & de consuetudine ipsius cum S. Petro feruntur, fabellæ loco ab Eruditis nostræ ætatis habentur.

Quò de tota hac controversia plenius cognoscamus, an scilicet Philo iste Librum Sapientiæ scripserit, quatuor hæc potissimum spectanda sunt. 1. An in præceptis, axiomatis, & sententiis conveniant. 2. An idem sit utrinque filii sapor. 3. An in toto Libro character planè contrarius Philoni, ejusque ætati appareat. 4. Tandem animadvertendum est, cujus sint authoritatis Scriptores, huic Authori Opus deputantes. Nunc de singulis singillatim.

Author Libri Sapientiæ Deum exhibet rerum omnium Authorem, & Servatorem, justitiâ & sapientiâ præstantem, qui omnia equè providentiâ suâ curet; Deum qui nihil præferat hominum felicitati, qui justos omnes & sine crimine creavit; qui invitatus penè & eorum pravitate, atque exuberante jam nequitia ad ultionem cogitur; cui Authori accepto refertur Sapientia verax; & bona universa non in se continet tantum, sed & in alios vix rogatus effundere gaudet. Consonat prorsus Philo; sed cum Judæum Authorem eadem sentire pro Religionis suæ instituto par sit, nihil est cur in conferendis ejus locis operam inutilem ponamus.

Hominum anima juxta Sapientiæ effatum immortalitatis dote prædita est, quæ corruptibili corpori revincta, ejus pondere fatiscens ad terram frequenter trahitur (r). Æternæ illa quidem felicitatis capax est; sed criminum quandoque merito supplicia in se & mala interminabilia provocat. Si Creatoris ignorantem præterdat, nulla sanè est causatio; cum ex agnitis Creaturis, nullo negotio ad Creatoris cognitionem deveniatur (u). Paria legas apud Philonem de homine, corpore tanquam indumento seu vestimento aliquo amictio (x); verum, ait, Sapientis anima virtutibus tanquam clamide paludatur. Alibi verò scribit venisse nos in Mundum tanquam

peregrinos, & Sapientem ita in corpore; & in terris agere, quasi in alienam regionem venisset; Cælum enim ut veram patriam suam respicit (y).

Alibi (a) duo animarum genera distinguit, quemadmodum & Geniorum totidem, nempe Angelos bonos & malos. Scattered, juxta Authoris sententiam, aer totus hisce Spiritibus, five Geniis utriusque indolis; quorum alii in corpora descendunt, alii verò plurimum à corpore abhorrent. Porro ex iis, qui in corpora illabuntur, eamque veluti sedem constituunt, celsâ quadam philosophiâ exculsi semper corporis resolutionem meditantur; quò scilicet vitam sibi promerantur incorruptibilem & æternam. Alii verò pondere carnis oppressi, studium negligunt Sapientiæ, atque totos se casui deducendos committentes, in corpora & sensibilia, five in lucum, jactantiam & divitias rapiuntur. Hæc Authoris sententia cum Sap. 8. 19. 20. quadrare videtur, ubi Salomonis personam agens, ait Sapiens: *Sortitus sum animam bonam & cum essem magis bonus, veni ad corpus incoquinatum*. Constituisse hic sibi Author videtur animarum præexistentiam, quatuor aliæ bonæ, aliæ malæ fuerint, non naturâ quidem & necessitate, sed arbitrio & voluntate. Porro idem sensisse Philo in locis laudatis certò nobis persuademus.

Laudes in Sapientiam apud Authorem Libri collatæ, ipsissimæ in Philone recurring. Hanc enim Philo dono à Deo concessam animabus ab ipsis crepundiis in bonum inclinat, atque contemplationi vacantibus asserit (b); addit produsse illam ante omnia sæcula (c); quippe quæ cum Mundus crearetur, ministerium suum exhibuerit (d); quare Deus universi pater est, inquit, matrisque loco Sapientia habenda. Sapientibus unice regnum, & jura in populos deferenda sunt (e); solique veri divites censendi (f). Nihil nisi divinum, ait, in Sapientia, nihil acquisitu facilius; semper est enim optantibus præsto, neque ullo unquam tempore palæstram suam claudit (g); sed auditores quoscunque & quocunque tempore libens amplectitur, atque instructionibus juvat. Sapientia dulcedine suâ, & meracis doctrinæ liquore omnes inebriat; omnes ad potendam scientiam invitat; omnes, ut bona interminabilia comparent, etiam atque etiam hortatur. Regibus author est Philo, ut cæteris præstare potissimum Sapientia nitantur (h), in qua unice gloriam suam, & felicitatem constituent. Juvat Principem non humana tantum, sed & divina callere, ut in medio populi tanquam lex animata observetur (i). Hæc totidem ferè verbis in Principe optimo à Sapiente expresso recurring.

Author Sapientiæ de Verbo Dei sic agit, quasi de re ab eo, à quo prodit, & à quo missum est, distinctâ. Virtute pollet summa & supernaturali. Hoc Verbo pastos asserit Israelitas in deserto (k); hoc amuleto à vulnere serpentum convalescent (l); ejus gladio primogeniti Ægyptiorum ex-

y Ita de agri-
cult. pag. 153.
Vide lib. de
somniis pag.
459.
a De Gigant.
pag. 222. &
223. Edit. Pe-
tri de la Roche
re a. 1613. Ge-
nera. Vide &
de Confus.
ling. pag. 270.
C. D.

b Philo de
Profug.
c Phil. de Te-
mulent. p. 190.
D.

d Idem, Quod
deterior potiori
insidiari solet
p. 128. Vide de
Charit.

e Idem de
Agricul. pag.
150.
f De planta-
tione Noe p.
174.
g Quod omnis
probus liber.

h De Temu-
lentia pag.
200.

i Idem de Vi-
ta Moysi l. 2.

k Sap. 16. 26.
l Sap. 16. 12.

ex.

m Sap. 18. 15.
n Sap. 9. 1.

o Phil. de
Mundi Opific.
pag. 5.
p Idem lib. 2.
Legis Allegor.
p. 71.
q Idem: Quis
rer. divin. ha-
ret.
r De opif. Mun.
pag. 3.

s De somn.
pag. 448.

t De Vita Mo-
ysi l. 1. p. 478.

u De Præm.
& pæn. pag.
713.

x De profug.
pag. 358. Vide
& Quis Di-
vin. Rer. ha-
ret?
y De Abraham

extincti sunt [m]; ejus tandem ministerio omnia à nihilo producta [n]. Hisce, si alias unquam, Philonis sententia consonat; quem proinde apertam hausisse Verbi Divini cognitionem ex initio Evangelii S. Joannis autumarunt nonnulli. Nec defuerunt qui crederent, ipsum Evangelistam doctrinam suam & phrasas ex eodem Philone expressisse. Itaque Verbum Divinum fugere tradit hominum obtutum, quippe quod imago sit expressa Dei & rerum omnium creator (o). Addit alibi, Verbum longè mundum universum excedere, ac vetustate, & amplitudine creaturas omnes vincere (p). Eo semel prolato divisa sunt & separata elementa [q], & variæ materiæ Universi portiones in suos ordines, certoque locos distributa. Addit Verbum à Deo genitore produsse, sicut & Verbo auctori tum Orbis universi productionem, cum & ipsi in universa Mundi regna imperium referendum (r). Cum de Isaac ageret, scribit illum nunquam à debita in Deum fide recessisse, sed Verbo Divino mediatori adhaesisse; quod scilicet Verbum ad nos se demittens nos etiam edocendos assumeret in eo, quod optimum esset, & quid in singulis rerum articulis factu esset opus, instituit; neque enim designatur Deus, ait, nostris se sensibus submittere Verbi sui ministerio virtutis studiosis operam præstans (s).

Alterius vita poena, & præmia, sicut & iustorum retributio & gloria conceptis verbis exprimitur Sap. 5. 2. &c. nec minus disertè apud Philonem de profug. & de confus. lingu. Tradit enim Philo, elementa, aërem, ignem, aquam simul in ultionem impiorum conspirare; militant enim, inquit, Deo, à quo in usum hominum destinata sunt, ut debitam pro vitiis ingrati animi, & pravitate illorum exigant ultionem (t). De Cain agens ait, homines arbitantes corporis mortem ultimum esse malorum, nihil cogitare de eo, quod subeundum illis superest coram terrifico supremi Judicis tribunal; cum alioqui mors ceu velitatio quædam futuræ cladis habenda sit. Quanam verò clades illa, & supplicium? iugis mors, per singulas etærne vitæ periodos continuata (u); mors semper permanens, & mors ut ita dicam, immortalis. Duo enim sunt mortis genera; corporea nempe, quæ in medio est, atque in bonam, five deteriorem partem trahenda. Restat altera, quæ mors est iugis vitæ continuata, summum planè malorum reputanda.

Docet alibi impios vel productâ ad extremam senectutem vitâ nunquam non mori; iustos vicissim vel sensibili defunctos vitâ vivere semper vitâ perpetuâ, & interminabili. Ejus rei exemplum exhibet in Nadab & Abiu filiis Aaronis, qui in prima ætatis juvenia decedentes, immortalitate, & incorruptibili coram Domino vitâ fruuntur (x). Addit alibi diuturnam vitam non annorum numerum sed actus in iustitia, & probitate dies constituere (y); quæ sanè phrasæ omnes à Sapientia expressæ videntur, ubi hæc recurring cap. 4.

Dissert. Calmet. Tom. I.

7. &c. Non crines cani, sed vita ab omni crimine immunis, & animi candor senem virum efficiunt; sibi carum hominem in prima ætatis juvenia à mundo revocasse Deum, metu ne quid corruptionis contraheret; tandem qui vitam agit perfectam, illum omnia senilis vitæ privilegia adsciscere.

Quæ Sap. 13. legimus de idololatria, & idololatriæ simillima sunt iis, quæ à Philone initio Libri de Monarchia disputantur, ut eadem in mente agitalse uterque Scriptor, five alter ex altero profecisse videri possint. Uterque enim hominum Aulitiam depingit, quippe qui Dei nomen astris concesserint, cum potuissent mente supra creaturas elevatâ ad ipsum Creatorem, & Moderatorem ascendere. Locus est enim in Libro Philonis de Decalogo pag. 754. & 555. edit. Paris. similimus Sap. 15. 15. ubi Numquam imbecillitas penè oculis subjicitur, quæ oculis, auribus, manibus, & pedibus instructa, vitæ tamen functionibus peragendis sint prorsus inepta. Infiniti essemus, si loca singula in utroque parallela congerenda fuissent; sed satis attulimus, ut de utriusque consensu judicium feratur.

Modò de historiis in Libro Sapientiæ recurrentibus, quæ Moyfis fidei repugnantes videntur, nonnulla animadvertenda. Philo de Josepho agens, tradit illum à Rege Ægypti constitutum *Proregem*, seu, ut melius dicam, *Regem ejusdem regionis (a)*. Et plagas Ægypti describens tradit, in regione supra Memphim nunquam Cælum pluerè, nec hyeme unquam horrere. Quare, ait, nova aeri facies immutata est, & naturæ ipsius indolem variari contigit, cum iussu Moyfis tonitribus omnia, fulminibus, pluvîâ, & grandine inhorruerunt; & quod maximo fuit prodigio, neque imbres ingruentes ignem fulgurum exstinguebant, ac inter medios ignes grando concreverat (b). In Sap. 16. 18. & 19. 20. paria observata recurring.

Notat Philo (c), toto triduo tenebrarum densitate potuisse; quod item legas Sap. 17. 5. De Manna simillima utrinque; illam enim non hominum industriâ, sed Calitus demissam escam describit Philo (d); addit insuper de Profug. pag. 367. protendisse illam Divinam Sapientiam, & Dei Verbum, & imperium à Cælo missum; quæ sanè quadrat cum verbis Moyfis, docentis non in solo pane vivere hominem, sed etiam in verbo Dei. Vestes Summi Sacerdotis figuratâ & allegoricâ interpretatione exponens, totum in illis Universum expressum unâ cum Authore Sapientiæ observat (e). Vestes enim omnes simul mundum, singula verò varias ipsius partes expriment. Ita Poderis five tunica hyacinthina colore suo aërem refert, malograna- ta limbum ipsius ornantia aquam reddunt; flores terram, tintinnabula harmoniam expriment ex oeconomia partium Mundi, & bene dispositis rebus expressam. De sunt quidem in Textu Hebræo poma granata, & tintinnabula; sed Philo fidem.

M m m

Se.

a De Joseph.
pag. 424.

b Philo de vi-
ta Moysi l. 1. p.
481.
c De Vita Mo-
ysi l. 1. pag.
482.

d De congreg.
quar. Erudit.
gratiâ.

e De vita Mo-
ysi l. 3. pag.
519.